

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA

KUL

V-1292/1907

1907





ORDO DIVINI OFFICII

IN ARCHIDIOECESI LEOPOLIENSIS RIT. LAT.

IUXTA RUBRICAS BREVIARII ET MISSALIS ROMANI TAM GENERALES QUAM PARTICULARES
AC DECRETA S. CONGREGATIONIS RITUUM, AD NORMAM CALENDARI PERPETUI A P. M. PIO
PAPA IX. DIE 24. SEPTEMBRIS 1857 PRO HAC ARCHIDIOECESI APPROBATI ET AD LITTERAS
APOSTOLICAS LEONIS PAPAE XIII. „NULO UNQUAM TEMPORE“ DE DIE 28. JULII 1882
ACCOMODATI

AD ANNUM A NATIVITATE DOMINI

MCMVII.

AUCTORITATE EXCELLENTISSIMI ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

JOSEPHI BILCZEWSKI

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

ARCHIEPISCOPI RIT. LAT. LEOPOLIENSIS,

SANCTISSIMI D. N. PII PAPAE X. PRAELATI DOMESTICI, AC SOLIO PONTIFICIO ASSISTENTIS,
NOBILIS CIVIS ET COMITIS ROMANI, SVAE C. R. APOSTOL. MAJESTATIS ACTUALIS INTIMI
CONSILIARII, MEMBRI CAMERAE MAGNATUM, COMITIORUM IMPERII, TUM COMITIORUM
REGNI GALICIAE ET MAGNI DUCATUS CRACOVIENSIS, MEMBRI CORRESP. ACAD. SCIENT.
CRACOVIENSIS, MEMBRI CORRESP. ACAD. PONTIF. ROM. ARCHEOLOG., PRAESIDIS CENTRALIS
COMMISSIONIS INSTITUTI PAUPERUM, S. THEOLOGIAE DOCTORIS ETC. ETC.



LEOPOLI.

IMPRESSUM IN TYPOGRAPHIA CATHOLICA JOSEPHI CHECINSKI

1907.



ORDO
DIVINI OFFICII

IN ARCHIDUCATU BOHEMIAE ET LITAVIAE

DOMINUS A NOSTRIS DOMINI

MCCCLII

JOSEPHI BILCZEWSKI



1292

ANNUS DOMINI MCMVII.

Post Bissexilem tertius:

Cyclus solaris	12	Epacta	XVI
Littera Dominicalis	f	Littera Martyrologii	r
Aureus Numerus	8	Indictio Romana	V

Festa Mobilia:

Dominicae post Epiphaniam	2.
Dominica Septuagesimae	27. Januarii.
Dies Cinerum	13. Februarii.
Pascha	31. Martii.
Ascensio	9. Maji.
Pentecostes	19. Maji.
Dominica SS. Trinitatis	26. Maji.
Corpus Christi	30. Maji.
Dominicae post Pentec.	XXVII.
Dominica I. Adventus	1. Decembris.

Quatuor Tempora:

Post Dominicam I. Quadragesimae	20. 22. 23. Februarii.
Post Dominicam Pentecostes	22. 24. 25. Maji.
Post Festum Exalt. S. Crucis	18. 20. 21. Septembris.
Post Dominicam III. Adventus	18. 20. 21. Decembris.

Nuptiae celebrari possunt a die 7. Januarii usque ad diem 12. Febr. inclusive et a die 8. Apr. usque ad 30. Novembr. inclus.

Ab electione S. D. N. Pii X. Pontif. Max. post S. Petrum 259. annus quartus.

Archiep. Halicien. fundatus anno 1361.

Leopolim translatus anno 1414.

Capitulum fundatum a Ladislao IV. Jagiełło anno 1429.

„Districte praecipimus in virtute obedientiae, ut divinum officium nocturnum pariter et diurnum, quantum eis dederit Deus studiose celebrent et devote“.

Concil. Lateran. IV. Cap. 9.

„Quoscumque beneficiatos, seu in sacris constitutos admonet haec Synodus, ut sive soli sive associati diurnum nocturnumque Officium reverenter verbisque distinctis peragant“.

Conc. Basil. Sess. 22. Cap. 5.

PRAENOTANDA.

A) DE MISSIS VOTIVIS.

I. De Missis Votivis solemnibus.

Missae Votivae solennes celebrantur tantum ex licentia Ordinarii stante causa gravi et publica. Unicam habent Orationem, sine ulla commemoratione sed in Missa „pro gratiarum actione“ additur alia, ut in Missali notatur, similiter si deficiente Missa speciali, dicitur Missa „pro quacumque necessitate“ hujus Orationi sub unica conclusione superaddatur Collecta, si quae sit, necessitati peculiari conveniens. Dicitur Gloria, Credo et in fine semper Evangelium s. Joannis. In Missis tamen Votivis solemnibus, in quibus paramenta violacea adhibentur e. gr. pro quacumque necessitate vel pro infirmis, non dicitur Gloria, nec Credo (nisi in Dominica, in qua dicitur symbolum). S. R. C. n. 1333.

Missae Votivae solennes prohibentur.

Duplicibus I. classis, Dominicis I. classis, Feria IV. Cinerum, Hebdomada majori ac Vigiliis Nativ. et Pentec.

II. De Missis Votivis privilegiatis.

a) *Missae Votivae de festo transferendo.*

Quando ob occurrentiam transferendum est Festum Tituli alicuius Ecclesiae, vel Festum, ad quod celebrandum in aliqua Ecclesia datur populi concursus, qui sit extraordinarius, permittitur, ut in illa Ecclesia, ipsa die propria huius Tituli vel Sancti, cantetur Missa Votiva de hoc Festo transferendo, dummodo dicatur altera Missa de die, ubi adest obligatio Missae Conventualis vel Parochialis.

Missae haec celebranda est eodem modo ac Missa Votiva solennis; prohibetur tamen:

1. Dominicis I. classis id est: Dominica I. Adventus, I. Quadragesimae, Passionis, Palmarum, in Albis et SS. Trinitatis.

2. Festis: Paschalis cum duobus diebus sequentibus, Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, Nativitatis, Epiphaniae, Ascensionis et SS. Corporis Christi.
3. Feriis privilegiatis: IV. Cinerum et omnibus Feriis Majoris Hebdomadae.

b) Missa Votiva pro sponso et sponsa

dicitur, quodcumque Matrimonium catholicorum (tempore non clauso) est benedicendum.

Impeditur tamen 1. Dominicis ac Festis de praecepto. 2. Duplicibus I. et II. classis. 3. Ultima die Octavae Corpor. Ch. 4. Dieb. infr. Octav. Epiph. et Pentec. 5. Vigilia Pentecostes. 6. Quando Celebrans, unicus Ecclesiae parochialis, pro populo applicare vel Missam functionis publicae celebrare debet.

Diebus impeditis dicitur Missa de die cum comm. Missae pro Sponsis post alias orationes a Rubrica praescriptas, quae nunquam dicitur sub eadem conclusione cum prima Oratione.

Benedictio Matrimonii non fit, et ideo neque Missa Votiva pro sponsis, neque commemoratio ex eadem locum habet: *a)* tempore vetito; *b)* in Missa coram SSmo; *c)* si sponsa (e. gr. vidua) benedictionis hujus jam particeps erat; *d)* si contrahitur Matrimonium mixtum, licet obtenta dispensatione.

c) Missa Votiva de SS. Corde JESU, prima Feria VI. cuiuslibet mensis.

Celebranda est haec Missa, etiamsi lecta, ritu Votivae solemnibus cum Gloria, Credo, unica Oratione, Ite Missa est et Evangelio s. Joannis. Missa votiva de SS. Corde Jesu est Missa *Misererebitur*; Praefatio de Cruce; Color albus. Extra tempus paschale omittitur „Alleluja“ ad Introitum, Offertorium et Communionem.

Missa haec celebrari potest in omnibus Ecclesiis et Oratoriis etiam privatis, ubi hac die exercitia peculiaria pietatis in honorem Divini Cordis *mane* peraguntur: e. g. sermo vel meditatio de SS. Corde, vel Litaniae cum actu consecrationis erga SS. Cor Jesu. Requiritur tamen, ex parte Ordinarii, horum exercitiorum approbatio, quae apud nos pro tota Dioecesi est iam concessa.

Missae haec prohibentur:

1. Festis duplicibus I. classis.
2. Festis Domini quibuscumque e. g. Circumcisione, Inventionis S. Crucis, Transfiguratione et Officiis Passionis et Instrumentorum Passionis. (Officium votivum de Passione, quod Feria VI. recitatur, nullo modo huic Missae obstat).
3. Festo Purificationis B. M. V.
4. Vigilia Epiphaniae.
5. Octavis Epiphaniae, Paschalis, Pentecostes et Corporis Christi.
6. Die Commemorationis omn. Fid. Defunct.

d) *Missae Votivae B. Mariae Virginis ad Altare S. Mariae Rosarii.*

Quilibet Sacerdos, Sodalitati a Ssmo Rosario adscitus, habet facultatem celebrandi Missam Votivam de B. Maria Virgine (e Missali Romano, pro diversitate temporis) ritu Missae Votivae privatae, ad Altare Sodalitatis tantum, bis in hebdomada nempe qualibet Feria IV. et Sabbatho, dummodo iis diebus non incidat Festum I. vel II. classis, Festum de praecepto, aut Feria, Vigilia vel Octava privilegiata aut Festum Beatæ Virginis aut eiusdem Octava. (*Const. Leonis XIII. de die 28. Nov. 1898. Cur. VII. e. 1898.*)

De indulgentiis, quas tam Sacerdos, hanc Missam celebrans, quam et sodales e populo huic Missae adstantes, lucrari possunt, lege Currendam IX. e. a. 1898, pag. 86.

III. Missae Votivae privatae

dicuntur omnes, quae non sunt pro re gravi et publica Ecclesiae causa. Sive sint lectae, sive cantatae, iisdem regulis subiciuntur. Prohibentur 1^o in Festis duplicibus, 2^o diebus Dominicis, 3^o Vigiliis Nat. D., Epiph., et Pentec., 4^o Octavis Nat., Epiph. Pasch., Pent. et Corp. Chr., 5^o Feriis: IV. Ciner. et Hebdom. maj. 6^o Com. oo. Fid. Def. Missae Votivae nequeunt dici de Beatis, nisi hoc speciale indultum fuerit concessum. Gloria nunquam dicitur, si tamen excipias a) Missas de B. M. V. in Sabb. et b) Missas de ss. Angelis.

In Octavis B. M. V. eius Missa Votiva dicenda non est, sed celebratur Missa de Octava currenti cum Gloria et Credo,

si ea die recitatum fuerit officium de Octava; cum Gloria tantum, si recitatum fuerit officium aliud. Eodem modo foret agendum, si Missa Votiva postularetur de aliquo Sancto, infra eius Octavam dicenda. Insuper dicendum est Gloria, si M. Vot. de aliquo Festo, per se vel per accidens simplici, ipsa die, qua occurrit, ratione concursus populi celebratur, e. g. in Missa de s. Thecla in Festo s. Lini Pp. M.

Tres saltem dici debent orationes et si plures ad arbitrium Sacerdotis dicuntur, requiritur, ut sint impares numero.

Oratio prima est Votivae propria; secunda dicitur ea, quae Officio diei respondeat, etiam si Officium recitatum foret votivum; tertia, quae secundo loco in Missa diei dicenda fuisset, nempe Commemoratio specialis, si aliqua sit facienda, alias Commemoratio communis.

Si vero in Missa diei plures haberentur Commemorationes speciales, eodem ordine dicendae essent omnes in hac Votiva; quo in casu numerus impar non requiritur, quum vi rubricarum dicerentur illae Orationes. Post tres Orationes a rubricis praescriptas, dicendae sunt Orationes (de SSmo et) imperatae, in quibus minime attendendum est ad imparem numerum. Orationes, quas sacerdos ad arbitrium suum addit*) post omnes supradictas Orationes locum habent et tali numero dicendae sunt, ut numerus omnium Orationum impar fiat. Hic adde tertiam Orationem in votiva B. M. V. semper dicendam esse de Spiritu S., si nulla sit Commemoratio specialis.

Credo semper omittitur. „Ite missa“ dicitur, quando dictum est Gloria. In fine semper Evang. S. Joan.

*) Quae desumi possunt non tantum ex serie orationum diversarum in sexta parte missalis, sed mutatis mutandis e quacumque Missa de Communi vel Proprio, quae ut Votiva celebrari possit.

Tabella pro Missis Votivis privatis recte ordinandis.

Missa Votiva	Color	Missa	Gloria	Orationes	Praefatio	In fine
SS. Trinitat.	Albus	Propr.	omitt.	2 et 3 diei current.	Propr.	<i>Benedic. Domino</i>
Sancti Spiritus	Rubeus	Propr.	omitt.	2 et 3 diei current.	De Pentec.	<i>Benedic. Domino</i>
SS. Eucharist. Sacram.	Albus	Propr.	omitt.	2 et 3 diei current.	De Nativ.	<i>Benedic. Domino</i>
Passionis.	Viol.	Propr.	omitt.	2 et 3 diei current.	De Cruce	<i>Benedic. Domino</i>
S. Crucis.	Rubeus	Propr.	omitt.	2 et 3 diei current.	Propr.	<i>Benedic. Domino</i>
S. Mariae.	Albus	Propr.	Dicitur tantum in Sabb.	2 diei curr. 3 de Spirit. S.	Propr.	<i>Ben. Dno In Sab. Ite Missa est</i>
SS. Angelor.	Albus	Propr.	Dicitur semper	2 et 3 diei current.	(b)	<i>Ite Missa est</i>
SS. Apostolorum.	Rubeus	Propr.	omitt.	2 et 3 diei current. (a)	Propr.	<i>Benedic. Domino</i>
Sacrat. Cordis Jesu.	Albus	<i>Miserebitur</i>	omitt.	2 et 3 diei current.	De Cruce	<i>Benedic. Domino</i>
Sanctor. Canonisat.	Ut in eorum Festo	Propr. vel de Comm.	omitt.	2 et 3 diei current.	(b)	<i>Benedic. Domino</i>
Ad toll. schisma etc. (d)	Viol.	Propr.	omitt.	2 et 3 diei current.	(b)	<i>Benedic. Domino</i>
Pro Sponsis praesent.	Albus	Propr.	omitt.	2 et 3 diei current. (c)	(b)	<i>Benedic. Domino</i>

Credo semper omittitur.

- (a) In Miss. Votiv. SS. Petri et Pauli Ap. dic. 3 or. *Concede nos famulos* si in Missa diei diceretur or. *A Cunctis*.
- (b) Vel de Octava, vel de Tempore; alioquin Communis.
- (c) Scil. cum dicitur in Festo Semid. aut inferioris ritus; in Festo vero Duplici 3. or. dic. ut in Semid. tunc temporis; ita, ut semper modus Missae Vot. priv. servetur.
- (d) Et aliae novem, quae post Missam „ad tollendum schisma“ in Missali inveniuntur e. g. „pro quacumque necessitate“ et caet.
N. B. In fine dicitur semper Evang. S. Joannis *In principio*.

DE MISSIS DEFUNCTORUM.

A) Missae Defunctorum privilegiatae*).

I) In die obitus seu sepulturae (Missa exequialis).

In die obitus vel sepulturae, praesente, insepulto, vel etiam sepulto non ultra biduum cadavere, celebrari possunt cum unica oratione Missae et quidem una cantata (in exequiis pauperum lecta) et lectae etiam plures (sed in eadem ecclesia, in qua exequiae aguntur vel in oratorio privato domus, in qua cadaver moraliter saltem est praesens) omni die. Excipe tamen:

1) Pro Missa cantata:

Dominicas Pasch. et Pent. Festa Nativ., Epiph., Ascens., Corporis Christi, Immac. Conc., Annunt. et Assumpt. B. M. V., Nativ. S. Joan. Bapt., S. Joseph, SS. Apost. Petri et Pauli, OO. SS., Tit. propr. Eccl. et Patroni princip. loci, Anniv. dedic. Eccl., Fer. V., VI. et Sabb. Hebdom. major. ac dies, quibus manet exposit. SS. Sacramentum. Insuper in Eccl. parochial. in quibus una tant. Missa celebratur, si alius sacerdos haberi non possit, prohibetur etiam in Dominicis ac Festis de praeepto cujuscumque ritus, Festis suppressis, nec non f. IV. Ciner., Vig. Pentec., Fest. S. Marci et Feriis Rogat. (Deer. S. R. C. 19. Maii 1896).

2) Missae lectae (eodem tantum tempore, quo vel corpus in Ecclesia est praesens, vel quo exequiae aguntur) praeter cantatam prohibentur insuper:

In dupl. 1 cl., diebus duplicia 1 classis excludentibus, (i. e. Die Octava Epiph., Fer. IV. Ciner., Fer. II. III. IV. Maj. Hebd. infra Oct. Pasch. et Pentec., Vigil. Pentec. et Nativ. Dom.) Dominicis ac Festis de praeepto. (*S. R. C. die 11. Decembris 1897*).

*) Missae Def. privilegiatae habent semper unam orationem et Sequentiam. In Officio antiphonae duplicantur.

II. *Missâ exequialis ultra biduum post sepulturam.*

Si Missa exequialis nec infra biduum post sepulturam ob impedimentum liturgicum fieri potest, tunc celebrari poterit *pro prima tantum vice post obitum* die, quae prima occurrat non impedita, a Festo duplici primae et secundae classis vel a Festo de praecepto, Dominica, Fer. IV. Cin., Fer. Hebd. Maj., Fer. IV. V. VI. et Sabb. infra Oct. Paschae et Pentec., Vig. Nativ. Pentec. et die Octava Corp. Christi, quo etiam in casu Missa dicenda erit, ut in die obitus.

III. *Missâ „post acceptum nuntium“,*

quae ritu Missae exequialis *prima* die, post a locis dissitis acceptum nuntium de alicuius morte, in quacumque Ecclesia cantari potest, permittitur ut supra sub II.

IV. *Missâ de Requie cantata die 3. 7. 30.*

ab obitu vel depositione (ipsa dies obitus vel depositionis includi aut excludi potest)

et V. *Anniversaria*

ab obitu vel depositione, stricte sumpta i. e. eadem die occurrentia, qua obitus vel depositio accidit, si ad petitionem viventium; vel etiam alia determinata die, si a testatoribus fundata, prohibentur:

Duplicibus I. et II. cl., Dominicis ac Festis de praecepto, Vigiliis Nat. et Pent., Diebus infra Oct. Nat., Epiph., Pasch., Pent. ac Corp. Christi: Fer. IV. Cin., Hebdomada Maj. ac Diebus, quibus manet expositum SS. Sacramentum.

In Eccl. par. ubi una ttm. Missa habetur, etiam diebus, quibus parochus aliis obligationibus impeditur ut e. g. Missa pro populo aut processione Rogationum.

Quum autem Missa in praefatis diebus impeditur, anticipari vel transferri potest, et debet in primam diem a recensitis diebus non impeditam, quamvis anniversarium non sit fundatum.

VI. *Anniversaria late sumpta*

vocantur Missae de Requie, quae semel in anno certo tempore celebrantur pro defunctis membris Collegiorum, Confraternitatum,

piarum Sodalitatum et ex antiqua consuetudine post Festum Tituli aut Patroni loci pro parochianis, nec non Missae, quae pro fidelium pietate celebrantur infra Octavam Omnium Sanctorum.

Anniversaria haec sic dicta „late sumpta“ prohibentur diebus sub V. enumeratis nec non quovis duplici majori, ita, ut celebrari permittuntur tantum in duplicibus minoribus.

B) Missae Defunctorum quotidianae prohibentur *)

(praeter Horas, quibus SSmum in Ecclesia expositum manet).

Festis duplicibus, Dominicis, Vigiliis Nativ., Epiph., et Pentec. Diebus infr. Oct. Nativ., Epiph. Pasch. Pent. et Corpor. Christi, Fer. IV. Ciner. ac Hebdomada majori. In Ecclesiis paroch. unam tantum Missam habentibus, etiam in Festis suppressis et in Feriis Rogationum, si fiat processio.

Nota tamen in quolibet Sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo Missas, quae inibi celebrari permittuntur, posse esse de Requie (quotidianas) diebus non impeditis a Festo duplici I. et II. classis, a Dominicis, aliisque Festis de praecepto servandis, nec non a Feriis, Vigiliis Octavisque privilegiatis (Decr. S. R. 19. Maii 1896).

INDULTUM APOSTOLICUM DE MISSIS DEFUNCTORUM QUOTIDIANIS IN FESTIS DUPLICIBUS PRO ARCHIDIOECESI LEOPOLIENSI RIT. LAT.

(Publicatum anno 1904. Curr. II).

Cum indultum apostolicum die 18. Novembris 1875 pro perpetuis temporibus datum per Currendam autem Nostram Nr. 3402 die 18. Decembris 1875 promulgatum, canendi in singulis ecclesiis parochialibus *biduo* in qualibet hebdomada Missam de Requiem, etsi hae die festum duplex occurat (exceptis tamen duplicibus primae et saecundae classis, festis de praecepto servandis, Feriis, Vigiliis, Octavisque privilegiatis) indi-

*) In Missis quotidianis cantatis dicuntur semper tres Orationes et Sequentia; in lectis possunt dici etiam plures, quam tres Orationes, Sequentia vero recitari potest vel omitti ad libitum Celebrantis.

gentiis Nostrae Archidioeceseos sufficere non videretur, supplices facti sumus apud S. Sedem Apostolicam pro facultate dilatandi gratiam concessam *ad tres* in qualibet hebdomada *dies*. Votis nostris benignissime annuit Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X. et per Sacram Rituum Congregationem die 2. Decembris ita Nobis rescripsit:

Leopolien. Latinorum.

Per Apostolicum Indultum diei 18. Novembris 1875 singulis Ecclesiis Parochialibus Archidioeceseos Leopolien. Latinorum concessum fuit privilegium canendi Missas de Requie biduo cuiusque hebdomadae, etsi Officium ritus Duplicis occurrat; exceptis tamen Duplicibus primae et secundae classis, festis de praeccepto servandis, nec non Feriis, Vigiliis Octavisque privilegiatis. Quum vero eiusmodi concessio impar sit oneribus satisfaciendi praesertim adventitiis eiusmodi Missarum de Requie: Rmus Dnus Josephus Bilezewski, Archiepiscopus Leopolien. Latinorum, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X. supplex rogavit, ut enuntiatum privilegium ad tertiam quoque diem in singulis hebdomadis extendere dignaretur, Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, petitam extensionem benigne indulset sub iisdem conditionibus et clausulis in priori Indulto appositis. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 11. Decembris 1903.

S. Card. Cretoni Praef.

Praeterea ad preces Nostras indultum hoc canendarum Missarum de Requie extendit ad cunctas ecclesias non parochiales et ad Oratoria et ad Sacella publica pagorum, quae subsunt ecclesiis parochialibus, S. Congregatio Rituum die 2. Decembris 1903 rescripto ad *decennium* tantum valituro, quod ita sonat:

Leopolien. Latinorum.

Rmus Dnus Josephus Bilezewski, Archiepiscopus Leopolien. Latinorum, exponens quod privilegium cum cantu celebrandi *triduo cuiusque hebdomadae Missas de Requie* in Ecclesiis Parochialibus, etsi Officium ritus duplicis occurrat, impar sit

oneribus eiusmodi Missarum satisfaciendis praesertim adventitiis, quae a Fidelibus ubique locorum sibi commissae Archidioeceseos offeruntur: a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa X. enixis precibus flagitavit, ut id privilegii de Apostolica Benignitate extendatur tum *ad cunctas Ecclesias non Parochiales, tum ad Oratoria et Sacella publica etiam pagorum, quae subsunt Ecclesiis parochialibus*. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, ita Rmi Oratoris precibus benigne annuit, ut ad proximum tantum Decennium nomine et Auctoritate Sanctae Sedis, permittat Missas de Requie in enuntiatis Ecclesiis atque Oratoriis publicis ipsiusmet Archidioeceseos cum cantu celebrari: dummodo non occurrat Duplex primae vel secundae classis, festum de praecepto servandum, necnon Feria, Vigilia vel Octava, quae sit ex privilegiatis. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 11. Decembris 1903.

S. Card. Cretoni Praef.

Quum indulta haec exceptionem a generali regula constituent, exceptio autem quaevis strictissime sit interpretanda, oportet accurate servare limites concessionis ejusdem; itaque sub hoc respectu animadvertendum est:

- a) Privilegia haece respiciunt tum omnes Ecclesias *Parochiales* tum Oratoria et Sacella publica pagorum, quae subsunt Ecclesiis parochialibus (non tamen Sacella privata).
- b) Privilegium hoc est *locale*, adeoque omnes Sacerdotes in ecclesiis parochialibus et Sacellis publicis Dioecesis Nostrae celebrantes, facultate hac uti possunt, iisdem ipsis tamen diebus.
- c) *Tribus tantum in quavis hebdomada diebus*, a rectore Ecclesiae designatis, privilegio hoc uti licet, nec potest indultum istud ultra tres dies extendi neque ex una hebdomada in aliam transferri sub praetextu, quod in aliqua hebdomada una tantum aut nulla Missa requialis cantata fuerit; manet tamen firma eadem concessio, etiamsi in aliqua hebdomada occurrant quoque festa semiduplicia, simplicia aut feriae non privilegiatae, quae alioquin admittunt Missas de Requie.

- d) Omnes Missae de Requiem in duplicibus *cantari* debent. Missae enim lectae privilegio hoc non gaudent.
- e) Non licet in fundamento hujus privilegii cantare Missas requiales in Festis duplicibus primae vel secundae classis, in Festis de praecepto servandis, in Dominicis, in Feriis, Vigiliis et Octavis privilegiatis. (*Feriae* privilegiatae: Fer. IV. Cinerum et tota Hebdomas major. — *Vigiliae privilegiatae*: Vigil. Nativ. D., Epiph. et Pent. — *Octavae privil.*: Octava Nativ. D., Epiph., Pasch., Pent. et Corp. Chr.).

DE ORATIONIBUS IN MISSIS DEFUNCTORUM ET DE SEQUENTIA.

(Juxta Deer. S. R. C. 30. Junii 1896).

Ut omne tollatur dubium super orationibus et „Sequentia“ dicendis in Missis Defunctorum, Sacra Rituum Congregatio declarat:

- I. Unam tantum esse dicendam orationem in Missis omnibus, quae celebrantur in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in Missis cantatis, vel lectis permittente ritu diebus III., VII., XXX., et die anniversaria, nec non quaecumque pro defunctis Missa *solemniter* celebratur nempe sub ritu, qui duplici respondeat, uti in Officio, quod recitatur post acceptum nuntium de alicuius obitu, et in anniversariis late sumptis.
- II. In Missis quotidianis quibuscumque, sive lectis sive cum cantu plures esse dicendas orationes, quarum prima sit pro defuncto vel defunctis certe designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis quae inscribuntur in Missali, secunda ad libitum, ultima pro omnibus defunctis.
- III. Si vero pro defunctis in genere Missa celebretur, orationes esse dicendas, quae pro Missis quotidianis in Missali prostant; eodemque ordine quo sunt inscriptae.
- IV. Quod si in iisdem quotidianis Missis plures addere orationes Celebranti placuerit, uti Rubricae potestatem faciunt, id fieri posse tantum in Missis lectis, impari cum aliis praescriptis servato numero, et orationi pro omnibus defunctis postremo loco assignato.

V. Quod denique ad Sequentiam attinet, semper illam esse dicendam in quibusvis cantatis Missis, uti etiam in lectis, quae diebus ut supra privilegiatis fiunt: in reliquis, vel recitari posse vel omitti ad libitum Celebrantis iuxta Rubricas. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Ad privilegium altaris privilegiati

sufficit, ut in diebus, in quibus Missae Def. juxta Rubricas prohibentur, celebretur Missa diei; aliis autem diebus, in quibus Missae de Requiem permittuntur, necessario requiritur Missa de Req. ad lucrandam indulgentiam, sive privilegium sit perpetuum, sive temporale, sive locale, sive personale, nisi expositio SS. Sacramenti Missam de Requiem non permittat.

De celebratione Missae in aliena Ecclesia.

„Omnes et singuli sacerdotes tam saeculares quam regulares ad ecclesiam convenientes vel ad oratorium publicum, Missas quum Sanctorum tum Beatorum etsi regularium proprias, omnino celebrent Officio ejusdem ecclesiae vel oratorii conformes, sive illae in Romano sive in regularium Missali contineantur, exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum propriis“.

„Si vero in dicta ecclesia vel oratorio Officium ritus duplici inferioris agatur, unicuique ex celebrantibus liberum sit Missam de Requiem peragere vel votivam vel etiam de occurrente feria; iis tamen exceptis diebus, in quibus praefatas Missas Rubricae Missalis Romani vel Sacrae Rituum Congregationis decreta prohibent“.
S. R. C. die 9. Julii 1895.

De Orationibus praeceptis seu de Commemorationibus communibus.

In Semiduplicibus, Simplicibus, Feriis et Votivis privatis dicendae sunt ad minus tres Orationes. Si ergo nulla Commemoratio specialis e. g. Simplicis, vel de Octava habetur, secundo et tertio loco dicendae erunt Orationes praeceptae seu Commemorationes communes juxta Titulum IX. Rubricarum Missalis et quidem:

a) In Adventu, deinde ab Octava Epiphaniae ad Purificationem B. M. V. et ab Octava Paschalis ad Vigiliam Pentecostes. 2. Oratio est de Beata, 3. Eccl. v. p. Pp.

- b) A Purificatione ad Fer. IV. Ciner. et ab Octava Pentec. ad Adventum: 2. Oratio „*A cunctis*“. 3. ad libitum.
- c) A Feria IV. Cin. ad Dom. Pass.: 2. Oratio *A cunctis*. 3. *Omnipotens*.
- d) A Dom. Pass. ad Fer. V. in Coena Dni: 2. Oratio Eecl. v. p. P. 3. Oratio non dicitur, nisi in Festis semiduplicibus, in quibus 2. Oratio dicitur de Feria, 3. Eecl. v. p. P.
- e) Infra Octavas Paschae et Pentecostes, quae unam tantum Commemorationem admittunt: 2. Oratio Eecl. v. p. P.
- f) Infra Octavas B. M. V. in Vigilia et Octava OO. Sanctorum: 2. Oratio de Spiritu S. 3. Eecl. v. p. P.
- g) Infra reliquas Octavas et in Vigiliis, in quibus (de jure) jejunatur: 2. Oratio de B. M. V. 3. Oratio Eecl. v. p. P.

In Oratione *A cunctis* adjici semper debet post invocationem B. M. V. et ante quoscunque alios Sanctos Patronos, exceptis Angelis et S. Joanne Baptista, Commemoratio S. Joseph per haec verba: *cum beato Joseph*.

Sub litera N. nominandus est Titularis Ecclesiae, in qua Missa celebratur. Si autem celebratur in Ecclesia, dicata alicui Mysterio, vel in Oratorio quod Titulum non habet, omittenda sunt verba: *ac beato N.* vel nominandus est Patronus civitatis vel loci. Idem servatur, si Titularis jam in alia Oratione nominatus fuerat.

De orationibus imperatis.

Imperatae omittuntur semper in Duplicibus 1. clas. in Vigil. Nativ. et Pentec. et in Dnica Palm. In Duplicibus 2. clas. in Missis solemnibus seu cantatis etiam omittendae sunt, in Missis vero privatis seu lectis possunt legi vel omitti pro arbitrio celebrantis.

Oratio *pro Imperatore* sumitur: 1. in Missis parochialibus i. e. pro populo applicatis, 2. diebus Dominicis et festiv. in Missis cantatis, 3. etiam in diebus ferialibus in Miss. conventualibus et Miss. cantatis, quae cum populi concursu ex publica causa celebrantur, e. g. initio anni scholaris. Excipe semper dies, quibus imperatae prohibentur. (S. R. C. n. 3764).

QUANDO ADDENDA ORATIO SSMI SACRAMENTI PUBLICAE EXPOSITI

(nihil differt an solemniter in Monstratorio an minus solemniter in Pyxide).

1) in Missis cantatis ad altare expositionis *semper* fieri debet; in Missis ad alia altaria cum cantu durante expositione celebratis, idem dicendum est, ac de Missa privata sub 2).

Haec commemoratio fit sub altera conclusione, post orationes a Rubricis praeceptas, sed ante imperatas. In festis 1. et 2. cl. fit sub una conclusione, nisi occurrat commemoratio Dominicae, Feriae Majoris, vel diei Octavae, cui in hoc casu adjungitur.

2) in Missis privatis (sive ad altare expositionis, sive ad alia altaria celebratis):

a) omittitur in Festis 1. et 2. cl., Dominica Palmarum et Vigiliis Nativ. et Pent.

b) caeteris diebus, in praecibus 40 horarum fieri debet; in aliis expositionibus, quae fiunt ex causa publica fieri potest.

In expositione ex causa privata, quando solummodo aperitur Tabernaculum, quin S. Pyxis extrahatur, quod tamen apud nos non est in usu, semper omittitur.

Juxta Decretum S. R. C. n. 3924. commemoratio SSmi Sacramenti ob identitatem Mysterii omittenda est in Festis Passionis, S. Crucis, SS. Redemptoris, SS. Cordis Jesu et Pretiosissimi Sanguinis.

De Missa pro populo.

Parochi alique omnes animarum curam actu gerentes presbyteri Miss. Sacrificium pro populo sibi commissio applicare tenentur omnibus Dominicis et festis de praecepto nec non festis abrogatis (Encycl. Pii IX. „Amantissimi Redemptoris“) et quidem: 1. Fer. III. Paschae., 2. III. Pentecostes., 3. S. Mathiae Ap. (24. v. 25. Febr.), 4. S. Josephi Sp. B. M. V. (19. Mart.), 5. SS. Philippi et Jacobi Ap. (1. Maji), 6. Inventionis S. Crucis (3. Maji), 7. Nativitatis S. Joannis Baptistae (24. Junii), 8.

S. Jacobi Ap. (25. Julii), 9. S. Annae (26. Julii), 10. S. Laurentii Mrt. (10. Aug.), 11. S. Bartholomaei Ap. (24. Aug.), 12. S. Mathaei Ap. (21. Sept.), 13. SS. Simonis et Judae (28. Oct.), 14. S. Andreae Ap. (30. Nov.), 15. S. Thomae Ap. (21. Dec.), 16. S. Joann. Ap. et Evang. (27. Dec.), 17. SS. Innocentium (28. Dec.), 18. S. Silvestri Pp. (31. Dec.).

Missa pro populo applicanda est *illa ipsa die*, in quam festum cadit, licet Offm. et Missa in aliam diem transferantur quoad Chorum. Quodsi autem festum etiam quoad externam solemnitatem seu „pro foro“ ut ajunt transferatur, prouti id quandoque accidit quoad festum Annuntiationis B. M. V., tunc Missa pro populo applicanda est illa die, in quam solemnitatis translata est. — Quando una cum solemnitatis Divinum officium translatum fuerit in Dominicam diem, una tantum Missa pro populo est a parochis applicanda (Encycl. „Amantissimi Redempt.“).

DE LUMINE.

Candellae non tantum in sacrificio Missae, sed etiam in expositione SS. Sacramenti ex cera esse debent.

1. Obligatio cereos in sacrificio Missae adhibendi communiter dicitur esse gravis, ita ut sub mortali illicitum sit lumine ex sebo aut oleo uti.
2. In Missa duo cerei requiruntur ita tamen, ut in Missis privatis plures quam duo cerei in Altari accendi nequeant. Pro Missis solemnibus numerus candellarum non determinatur. Sex tamen accendendae videntur.
3. Exposito SS. Sacramento numerus luminum pietati facientis expositionem remittitur, ita tamen, ut abundare quidem liceat nunquam autem deficere. In instructione Clem. pro precibus 40 horarum, praescribuntur viginti continuo ardentes: in aliis vero quibuscumque solemnibus expositionibus SS. Sacramenti certa scientia constat, S. Rit. Congregationem minus quam duodecim cereos non admittere. In expositione autem privata saltem sex cerei ardeant.



4. De qualitate cerae, in sacris functionibus adhibendae, emanavit sequens decretum S. R. C.

„Nonnulli sacrorum Antistites a S. R. C. semel atque iterum postularunt: An attenta etiam magna difficultate vel veram ceram apum habendi vel indebita cum alia cera commixtiones eliminandi, candelae super Altaribus ponendae, omnino et integre ex cera apum esse debeant; an vero esse possint cum alia materia seu vegetali seu animali commixtae? Et S. R. C. in Ordinario Coetu die 29. Novembris hoc vertente anno in Vaticanum coadunato, omnibus perpensis, una cum suffragio Commissionis Liturgicae, *anteacta decreta mitigando*, rescribere rata est: Attenta asserta difficultate, *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam, et ad mentem. Mens est, ut Episcopi pro viribus curent, ut cereus paschalis, cereus in aqua baptismali immergendus et duae candelae in Missis accendendae sint ex cera apum saltem in maxima parte; aliarum vero candelarum, quae supra Altaribus ponendae sunt, materia in majori vel notabili quantitate ex eadem cera sit oportet. Qua in re parochi aliique rectores ecclesiarum et oratoriorum tuto stare poterunt normis a respectivis Ordinariis traditis, nec privati Sacerdotes Missam celebraturi de qualitate candelarum anxie inquirere tenentur“.

Atque ita rescripsit, die 14. Decembris 1904.

L. † S.

A. Card. Tripepi, praefectus

† D. Panici, Archiep. Laodic. Secret.

De Sacerdote, qui duas eadem die Missas celebrat.

Aliter atque aliter sese gerere debet Sacerdos, prout in eadem aut in diversa Ecclesia alteram Missam est celebraturus.

I.

Si *in eadem Ecclesia* utramque Missam celebrat, Calicem in prima Missa purificare non debet, sed sumpto accuratius SS. Sanguine, Calicem super Corporale deponit, illumque Patena primum, deinde Palla cooperit. Junctis postea manibus dicit: „Quod ore“ et sub-

inde in aquae vaseulo, ante Missam super Altari posito, digitos lavat dicens „Corpus tuum“ abstergitque Purificatorio digitos, non vero os suum. Tum relicto Purificatorio juxta Corporale, Calicem velo, ut moris est, cooperit.

Dum autem Missam absolvit, Sacerdos sic in accessu ad medium Altaris aut in transitu se gerere debet, ac si nihil omnino SS. Sanguinis in Calice remaneret. Calix tamen reverenter est tractandus, non nisi a Ministro Sacro tangendus et deferendus, semper ponendus super Corporale sive intra sive extra Altare et si aliquo tempore servandus sit, semper in loco decenti et clauso collocandus. Caveat quoque Sacerdos, ne in altera Missa ad Offertorium Calicem extra Corporale ponat aut Purificatorio abstergat ante vini infusionem. Merito consulitur, ut totum ampullae vinum in prima Missa infundatur in Calicem ad Offertorium, ne per inadvertentiam Minister offerat et Sacerdos accipiat ablutionem in fine Missae. Convenit etiam, facta oblatione Hostiae in secunda Missa, ipsam Patenam Purificatorio abstergere in illa posteriori parte, quae Calicis labrum tangebatur.

II.

Quando Sacerdos eadem die duas Missas *dissitis in locis* celebrare debet, in prima dum divinum Sanguinem sumit, Eum diligentissime sorbeat. Exinde super Corporale ponat Calicem et Palla tegat ac junctis manibus in medio Altaris dicat „Quod ore“ et subinde admoto aquae vaseulo digitos lavet, dicens „Corpus tuum“ et abstergat. His peractis Calicem super Altari manentem adhuc, deducta Patena, cooperiat ceu mos est, scilicet primum Purificatorio linteo, deinde Patena ac Palla et demum Velo. Post haec Missam prosequatur et completo ultimo Evangelio, rursus stet in medio Altari et detecto Calice inspiciat an aliquid divini Sanguinis necne ad imum se receperit, quod plerumque continget. Si itaque divini Sanguinis guttata quaedam supersit adhuc, ea rursus ac diligenter sorbeatur et quidem ex eadem parte, qua ille primum sumptus est, quod nullimode omittendum est. Postmodum Sacerdos in ipsum Calicem tantum saltem aquae fundat, quantum prius vini posuerat eamque circumactam ex eadem parte, qua SS. Sanguinem biberat, in paratum Vas demittat. Calicem subinde ipsum Purificatorio linteo abstergat ac demum cooperiat, uti alias fit, atque ab Altari discedat.

Depositis autem sacris Vestibus et gratiarum actione completa, aqua e Calice demissa, pro rerum adjunctis vel ad diem crastinum servetur (si nempe eo rursus Sacerdos redeat Missam habiturus) et in secunda purificatione in Calicem immittatur, vel gossipio aut stupa absorpta comburatur vel in sacrario, si sit, exsiccanda relinquatur vel demittatur in piscinam (S. R. C. n. 3068).

Preces quotannis recitandae in festo SSmi Cordis Jesu.

Decretum Urbis et Orbis.

Quo perennis extet memoria illius amplissimi Religionis actus, quo f. r. Leo XIII. a. 1899. sub die 25. Maji augustissimo Cordi Jesu totius humani generis communitatem devovere decrevit et salutare, qui ex illo fructus emanarunt iugiter perseverent, preces sunt delatae SSmo Dno Nro Pio Papae X. ut apertis quoque Indulgentiarum thesauris, die festo eiusdem SSmi Cordis, illum Consecrationis actum quotannis esse recolendum, edicere dignaretur.

Has porro preces Eadem Sanctitas Sua peramanter excipiens et summopere exoptans, ut in christifidelibus erga sacratissimum Cor Jesu jam excitata pietas magis alatur et cuncti per hunc Consecrationis actum eidem suavissimo Cordi seipsos ferventius coniungere satagant, mandavit, ut singulis annis, memorato die festo *in omnibus parochialibus templis* nec non in aliis, in quibus idem festum agitur, coram SSmo Sacramento publicae adorationi exposito formula Consecrationis, ab eodem Pontifice Leone XIII. proposita, recitetur ad quam Litaniae in honorem SSmi Cordis erunt adiciendae.

Sanctissimus vero, universis christifidelibus, huic piae caerimoniae corde contrito ac devote adstantibus et ad mentem suam orantibus, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum concessit; iis autem, qui sacramentali Confessione expiati, etiam ad S. Synaxim accesserint, plenariam Indulgentiam clementer est elargitus; quas Indulgentias animabus, igne Purgatorii detentis, fore applicabiles declaravit. Praesenti in perpetuo valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, die 22. Augusti 1906.

L. † S.

A. Card. Tripepi, praefectus.

Actus caritatis cum indulgentia plenaria in articulo mortis.

„Domine Deus meus, iam nunc quodcumque mortis genus prout Tibi placuerit, cum omnibus suis angoribus poenis ac doloribus de manu tua aequo ac libenti animo suscipio“.

(Pius X. benigne concessit, ut omnes Christifideles, qui die ab eis eligendo, sacramentali confessione rite expiati sacraque Synaxi refecti, *cum vero caritatis in Deum affectu*, praedictum actum ediderint, plenariam indulgentiam in ipso mortis articulo lucrari valeant. *D. U. et O. S. C. Ind. d. 9. Mart. 1904*).

Commemorationes

concurrentes cum iisdem antiphonis est versiculis, hoc modo variantur:

Ad Vesperas:

Commem: prima fit per ant. et V. de Laud.

secunda fit per ant. de 2 Vesp., (si sint primae Vesperae et vicissim de primis, si sint secundae Vesp.) et V. de 2 Noct. (seu ad Tertiam).

tertia fit per ant. primam et V. de 3 Noct. (seu ad Sextam).

Ad Laudes:

Commem: prima fit per ant. et V. de 1 Vesp.

secunda per ant. primam et V. de 3 Noct.


tertia per ant. de 2 Vesp. et V. de 2 Noct.

Indultum adhibendi thurificationem in Missis cantatis.

Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X. tributis, benigne indulsit, ut, ad proximum quinquennium, in cunctis Ecclesiis Archidioecesis Leopoliensis. Latinorum, in Missis, quae absque sacris ministris decantantur, diebus tantum festis primae et secundae classis, thurificatio adhibeatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 5. Maii 1906.

L. † S.

A. Card. Tripepi, Pro-Praef.



Orationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione. *Ad Colos. 4.*

ANNUS CHRISTI MCMVII.

TABELLA*)

Romae edita et ad horologium Leopoltanum accommodata definiens horam,
qua Matutinum sequentis dei inchoari potest.

Dies mensis	Hora	Dies mensis	Hora
5. Januarii	2 ¹ / ₄	5. Julii	4
25. "	2 ¹ / ₂	5. Augusti	3 ³ / ₄
15. Februarii	2 ³ / ₄	25. "	3 ¹ / ₂
1. Martii	3	10. Septembris	3 ¹ / ₄
20. "	3 ¹ / ₄	25. "	3
5. Aprilis	3 ¹ / ₂	10. Octobris	2 ³ / ₄
20. "	3 ³ / ₄	25. "	2 ¹ / ₂
10. Mai	4	10. Novembris	2 ¹ / ₄
20. Junii	4 minut. 5	5. Decembris	2

JANUARIUS.

Dierum XXXI.

1. Fer. 3. CIRCUMCISIO D. N. I. Ch. Octava Nativitatis D. dx.
2 cl. e. a. celebr. Offm. ppr. sine ulla com.

Mis. ppr. Gl. or. una Cr. Prf. et Commun. Nat.

Vesp. de praec. e. a. com. seq. (*tlm.*) *per or. ppr.*

2. Fer. 4. Octava s. Stephani Protom. dx. e. r. Offm. *ut in festo et ppr. loco* com. Oct. s. Joan. et SS. Innoc.

Mis. festi Gl. 2. et 3. or. Oct. Cr. Prf. Nat. Communic. *abhinc communes.*

Vesp. a cap. de seq. e. a. 1. com. praec. 2. Oct.

*) *Matutinum in privata recitatione pridie anticipari potest hora 2 per totum annum. (Currenda VIII. ex a. 1901).*

3. Fer. 5. Octava s. Joannis Ap. et Ev. dx. c. a. Offm. *ut in festo et ppr. loco. com. Oct.*

Mis. festi Gl. 2. or. Oct. Cr. Prf. Ap.

Vesp. de praec. c. a. com. seq.

4. Fer. 6. Octava SS. Innocentium Mm. dx. c. r. Offm. *ut in festo et ppr. loco. In VIII. Rsp. dic. „Gloria Patri“ et omiss. Rsp. IX. dic. „Te Deum“.*

Mis. festi Gl. or. una Grad. cum 3 allel. *sine Tractu et sine Cr. Prf. Nat.*

Vesp. de praec. c. r. 1. com. Vig. 2. S. Telesphori Pp. M.

5. Sabb. *Vigilia Epiph. Dni* sdx. c. a. Offm. *ut in festo Circum. et ppr. loco. com. s. Telesph. (sine Suffr. et prec.).*

Miss. ppr. Gl. 2. or. s. Pp. M. 3. „Deus qui salutis“. Prf. Nativ.

Vesp. de seq. c. a. *Hym. term. per tot. Oct. „Jesu Tibi... qui apparuisti gentibus“.*

Hodie et per tot. Oct. prohib. Mis. vot. et def. excepta una exequiali diebus inf. Oct.

6. DOM. VACAT. EPIPHANIA DNI. dx. 1 cl. cum Oct. celeb. c. a. Offm. ppr. *In Matut. praemisso signo Crucis et dictis „Pater, Ave, Credo“ incip. absolute hac nocte tm. ab Ant. 1. „Afferte“ ut ppr. loco notat. Ad Prim. in Rb. „Qui apparuisti hodie“ (per tot. Oct.)*

Mis. ppr. Gl. or. una Cr. Prf. et Commun. (*per tot. Oct.*). ppr. *Benedictio auri, thuris et myrrhae.*

Vesp. festi c. a.

Cras aperiuntur solemnit. Nuptiarum.

De benedictione Nuptiar., per quam non intellig. ipsa celebratio Matrim. sed illae prec. duae in Missali in Mis. pro Sponso et Sponsa praescrip., notandum.

Si Matrim. celebr. cum Missa, post peractam Copulat. Sponsor. dicenda est Mis. vot. pro Spso et Spsa (ut in fine Missal.) et benedictio Spsis datur ritu in ead. Mis. post „Pater noster“ et sub finem Missae praescripto.

Quando haec Missa prohibetur, vide in „Praenotandis“.

Missam vot. pro Spso et Spsa legere et bened. impertire ante peract. copul. Sponsorum non licet.

Sacerd. non tenet. Miss. quam pro bened. Nuptiar. celebrat, applicare pro Spsis, nisi ab iis eleemos. accipiat.

Si mulier jam in aliis nuptiis benedictionem accepit, vel si alter conjux est confes. acath. vel si tempus est clausum, non solum bened. Nuptiar. sed etiam Mis. pro Spso et Spso omitti debent.

Ordinatur vero haec Mis. pro Spso et Spso in his dieb., in quib. juxta supradicta legi potest, hoc modo:

Mis. ppr. (i. e. vot. pro Spso et Spso) sine Gl. et sine Cr. 1. or. Mis. vot. 2. off. current. 3. Oct. vel fer. maj. vel splicis. vel „A cunctis“ etc. (pro diversit. tmpris ita ut omnes orat. quae in Mis. diei dicendae forent, etiam eodem ordine in hac votiva dicantur). Prf. vel de Octava currenti vel de temp. alioquin. com. „Bened. Dno“. *Celebratur in col. albo.*

Si Matrimonium celebr. sine Missa pro bened. Nupt. et sponsa non est vidua, adhibendae sunt preces in Rituali Petric. praescriptae, incip. a ps. 127. „Beati omnes“.

7. Fer. 2. De 2. die inf. Oct. sdx. e. a. Offm. *ut in festo et ppr. loco. Dicit. Invit. et Hym. Ant. ad Benedictus ppr. pro quolib. die.*

Mis. festi Gl. 2. or. „Deus qui salutis“ 3. „Eccles.“ Cr. Prf. et Comm. Epiph.

Vesp. de Oct. sdx. e. a. *Antiph. Ad Magnif. ppr. quotidie.*

8. Fer. 3. De 3. die infra Oct. sdx. e. a. Offm. *ut in festo et ppr. loco. Mis. et Vesp. ut notat. heri.*

9. Fer. 4. De 4. die infra Oct. sdx. e. a. Offm. *ut in festo et ppr. loco.*

Mis. et Vesp. *ut notat. fer. 2.*

10. Fer. 5. De 5. die infra Oct. sdx. e. a. Offm. *ut in festo et ppr. loco.*

Mis. *ut notat. fer. 2.*

Vesp. de Oct. sdx. e. a. com. S. Hygini Pp. M.

11. Fer. 6. De 6. die infra Oct. sdx. e. a. Offm. *ut in festo et ppr. loco. com. S. M.*

Mis. festi Gl. 2. or. S. Pp. M. 3. „Deus qui salutis“. Cr. Prf. et Comm. Epiph.

Vesp. de Oct. a cap. de Dom. sdx. e. a. com. Oct.

12. Sab. De Domin. infra Octav. sdx. e. a. Offm. *ut in festo et ppr. loco. Ll. 1. Noct. de ser. oce. Rsp. 1. „Hodie in Jordane“ com. Oct.*

Mis. ppr. Gl. 2. or. Oct. Cr. Prf. et Com. Epiph.

Vesp. de seq. dx. c. a. (*ut in 1. Vesp.*) or. ppr. com. praec.
(*per Ant. „Fili quid fecisti“ VV. „Omnes de Saba“*).

Cras annuntiat. festum SS. Nominis Jesu Dom. seq. cum indulgent. plen. per tot. Octav.

13. DOM. I. POST EPIPH. Octava Epiphaniae dx. c. a. Offm. cum Invit. et hym. ut infra Oct. et ppr. loco. *Ll. 1. Noct.* „Incip. Ep. I. S. Pauli Ap. ad Cor.“ *Resp. 1.* „Hodie in Jordane“. (*De Dom. nihil in Offo. et Missa*).

Mis. ppr. Gl. or. una Cr. Prf. et Comm. Epiph.

Vesp. de praec. c. a. 1. com. seq. 2. S. Felicis Presb. M.

14. Fer. 2. S. Hilarii E. C. E. D. dx. c. a. *Ll. 1. Noct.* de ser. occ. 9. *lect. et com.* S. M.

Mis. Doctorum. Gl. 2. or. S. M. Cr. Prf. com.

Vesp. a cap. de seq. c. a. 1. com. praec. 2. S. Mauri Abb.

15. Fer. 3. S. Pauli Primi Eremitae C. dx. c. a. *Ll. 1. Noct.* de ser. occ. 9. *lect. et com.* S. Abb.

Mis. ppr. Gl. 2. or. S. Abb. Prf. com.

Vesp. de praec. c. a. com. seq.

16. Fer. 4. S. Marcelli Pp. M. sdx. c. r. *Ll. 1. Noct.* de ser. occ. *Resp. VIII.* „Domine praevenisti“ *Suffr. prec.* ad Prim.

Mis. ppr. Gl. 2. or. „Deus qui salutis“ 3. „Eccles.“ Prf. com.

Vesp. de seq. c. a. com. praec.

17. Fer. 5. S. Antonii Abb. dx. c. a. *Ll. 1. Noct.* de ser. occ.

Mis. Abbat. Gl. or. una Prf. com.

Vesp. de seq. c. a. 1. com. s. Pauli Ap. 2. praec. 3. S. Priscae V. M.

18. Fer. 6. Cathedrae S. Petri Romae dxm. c. a. Offm. ppr. 9. *lect.* s. V. M. 1. *com.* S. Pauli Ap. 2. s. V. M.

Mis. ppr. Gl. 2. or. S. Pauli Ap. 3. S. V. M. Cr. Prf. Ap.

Vesp. de praec. c. a. 1. com. S. Pauli 2. seq. 3. SS. Marii et Soc. Mm.

19. Sabb. S. Henrici E. M. P. R. S. dx. c. r. *Ll. 1. Noct.* de ser. occ. 9. *lect. et com.* ss. Mm.

Mis. „Sacerdotes“ Gl. 2. or. SS. Mm. Prf. com.

Vesp. de seq. c. a. 1 com. praec. 2. SS. Fabiani et Sebastiani Mm. (*splf.*) 3. Dom.

Cras occurrit dies anniversaria consecrationis Excellentissimi, Illmi ac Reverendissimi D. Archiepiscopi. Omnes proinde Sacerdotes addent Collectam e Missa votiva „In Anniversario Electionis seu Consecrationis Episcopi“ omissa Collecta pro Papa, exorabuntque Divinam Majestatem pro felici regimine Ejus.

20. DOM. II. POST EPIPH. SS. NOMINIS JESU. dx. 2. cl. c. a. Offm. ppr. 9. lect. Dom. 1. com. SS. Mm. 2. Dom. *Ad Prim. Resp.* „Qui natus es“.

Mis. ppr. Gl. 2. or. SS. Mm. 3. Dom. Cr. Prf. Nativ. u. E. D. Vesp. de praec. c. a. 1. com. seq. 2. SS. Mm. 3. Dom.

21. Fer. 2. S. Agnetis V. M. dx. c. r. Offm. ppr.

Mis. ppr. Gl. or. una Prf. com.

Vesp. de praec. c. r. com. seq.

22. Fer. 3. SS. Vincentii et Anastasii Mm. sdx. c. r. *Ll. 1. Noct.* „Incipit Epist. II. B. Pauli Ap. ad Cor.“ (*e Dom. praec.*) *Suffr. et prec.* ad Prim.

Mis. „Intret.“ Gl. 2. or. „Deus qui salutis“ 3. „Eccles.“ Prf. com.

Vesp. de seq. c. a. 1. com. S. Josephi Sp. B. M. V. 2. praec. 3. S. Emerentianae Virg. *Hymni term:* „Jesu... qui natus“.

23. Fer. 4. Desponsatio B. M. V. dxm. c. a. Offm. ppr. (*in Appd. inter off. pro aliqu. loc.*) 9. lect. s. V. M. 1. com. s. Jos. 2. s. V. M. *Ad Prim. Rb.* „Qui natus es“.

Mis. ppr. Gl. 2. or. s. Jos. 3. s. V. M. Cr. Prf. B. „et Te in Desponsatione“.

Vesp. de praec. c. a. 1. com. s. Jos. 2. seq.

24. Fer. 5. S. Timothei E. M. dx. c. r. *Ll. 1. Noct.* de scr. occ.

Mis. ppr. Gl. or. una Prf. com.

Vesp. de seq. c. a. 1. com. s. Petri Ap. 2. praec.

25. Fer. 6. Conversio s. Pauli Ap. dxm. c. a. Offm. ppr. com. s. Petri Ap.

Mis. ppr. Gl. or. s. Petri Ap. Cr. Prf. Ap.

Vesp. de praec. c. a. 1. com. s. Petri Ap. 2. seq.

26. Sabb. S. Polycarpi E. M. dx. c. r. *Ll. 1. Noct.* „Inc. Epist. ad Galatas“ anticip. e Dom. III. p. Epiph. 9. lect. *de Ho-*

milia Dom. III. post Epiph. (anticip.) com. Dom. III. p. Epiph.

Mis. ppr. Gl. 2. or. Dom. III. post. Epiph. Prf. com. U. Ev. Dom.

Vesp. de praec. e. r. com. Dom. seq.

Ad „Benedicamus Dno“ addunt. 2. Alleluja et in princ. ab-hinc jam non dicit. „Alleluja“ sed „Laus Tibi Dne“.

Cras annunt. festum Purificationis B. M. V. Sabb. seq.

27. DOM. SEPTUAGESIMAE 2 cl. De ea sdx. e. viol. Offm. *ut in Psll. et ppr. loco.* Ad Mat. hym. „Primo die“ ad Laud. „Aeterne rerum“. *Non dic. „Te Deum“ sed 9. Rsp. Suffr.* Ad Prim. loco *Psll. „Confitemini“ dic. „Dominus regnavit“ cum Symb. Athan. Preces ad Prim.*

Mis. ppr. (*sine Gl.*) 2. or. „Deus, qui salutis“ (*de B. M. V.*) 3. „Ecclesiae“ Tret. Cr. Prf. SS. Trin. B. D.)

Vesp. de seq. e. a. 1. com. Dom. praec. 2. S. Agnetis V. M. secundo. *Hymni term.: „JESU... qui natus“.*

28. Fer. 2. Sanctae Familiae Jesu Mariae Joseph. (*transl. e Dom. III. post Epiph.*) dxm. e. a. Offm. ppr. 9. *lect. et com.* S. V. M. *Ad Prim.* Rb. „Qui natus es“.

